

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorvm [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Argumentum decimisexit libri.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

qui Asiam tenuere, præter eos, nec iñ Græcos, nec Græci illos antea nouerant, nisi perparum admodum quantū fama perceperint. Nam nec Homerus Medorum, Syrorūm uerū imperium nouit. Nam cum Ægyptias Thebas, & earum et Phœnicū diuitias nominet, nequaquam Babylonis & Ecbaranorum opes conticuerint. Ac primo quidem Græcis Persæ imperauerūt, Lydi uero nō toti Asiae, sed parti per exiguae solum cis Halym sunt dominati. Idq; non diu, Croesi & Alyattis tempore, sed si quam famam habebant, eam amiserunt à Persis superati. Persæ quām primum Medorum res euerterunt, Lydos subegere, & Græci qui in Asia erant, illis paruerunt, postmodum in Greciam traiacentes sēpe multisq; certaminibus uicti sunt. Asiam tamen usque ad mare tenuerunt, donec à Macedonibus sunt debellati. Cyrus eos primum in imperio constituit, cuius successor Cambyses filius, à Magis sublatuſ est. Septem uero Persæ qui Magos interemerunt, Dario Hystantis filio imperium tradidere. Cuius successores in Narsen desierunt, quem cum Bagous eunuchus interfecisset, Darium regem fecit, quanquam ē stirperegia nō erat. Sed cum Alexander hunc euertisset, ipse XI. annis regnauit. Postea Asiae imperium in complures successores, & ab eis profectos diuīsum, euersumq; est. Permansit tandem annis CC. & L. nunc iam per se sunt, ac reges qui olim Macedonibus paruere, nunc Parthorū regibus subiectos habent.

LIBRI DECIMI QVINTI FINIS.

ARGUMENTVM DECIMISEXTI LIBRI.

Sextus decimus circa Assyriam uersatur, in qua Babylon est, & Nisibis, urbes maximæ. Item circa Adiabenam, & Mesopotamiam, & Syriam, & Phœniciam, & Palæstinam, Arabiam omnem, & quæcunque Indica Arabiam continent. Item Saracenorum regionem, quam Scenetim uocat, & omnem Rubro mari, & mortuo adiacentem.

S 4

